Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

petrus uidit illum discipulum quem diligebat ihc sequentem
qui & recubuit in cena super pectus eius & dixit. Domine
quis est qui tradet te. Hunc ergo cum uidisset petrus
dixit ihu. Domine hic autem quid. Dicit ei ihc. Si sic eum
uolo manere donec ueniam quid ad te. Tu me sequere. Exi
uit ergo sermo iste inter fres quia discipulus ille non mori
tur. & non dixit ei ihus quia non moritur. Sed si eum no
lo manere donec ueniam. quid ad te. Hic est discipulus q
testimonium phibet de his. & scripsit hec. Et scimus quia
uerum est testimonium eius. Innocentius. Iohannes apostolus

In diebus illis. Vidi super montem sion. b. Iohis ap.
agnum stantem. & cum eo centum quadraginta quatuor
milia habentes nomen eius & nomen patris eius scriptum in
frontibus suis. Et audiui uocem de celo tamquam
uocem aquarum multarum. et tamquam uocem tonitrui magni.
Et uocem quam audiui. sicut citharedorum citharizan
tium in citharis suis. Et cantabant quasi canticum nouum
ante sedem & ante quatuor animalia et seniores. Et
nemo poterat dicere canticum. nisi illa centum quadraginta
quatuor milia. qui empti sunt de terra. Hi sunt qui cum
mulieribus non sunt coinquinati. Virgines enim sunt. Hi
sequuntur agnum. quocumque ierit. Hi empti sunt ex hominibus
primitiae deo & agno. Et in ore eorum non est inuentum
mendacium. Sine macula sunt ante thronum dei. sedem

illo t. Angelus dni apparuit in somnis. Matheus
ioseph dicens. Surge & accipe puerum & matrem eius. &
fuge in egyptum. et esto ibi dum dicam tibi. futurum est
enim ut herodes quaerat puerum ad perdendum eum. Qui
consurgens accepit puerum & matrem eius nocte & secessit